

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

V. Facultas canendi cantu Gregoriano pro Eremitis S. Aug. Provinciæ
Franciæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO
1701.

CLEMENS UNDECIMUS.

355 ANNO
1701.

illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & audiiti, neque Causæ propriæ quas præfentes emanarunt adductæ, verificatae; vel jutificatae fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis iusta, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptione, vel ob-reptione aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substan-tiali, ac individuum expreßionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, re-tractari, ad terminos Juris reduci, seu in con-troversiam revocari, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quod-cumque Juris, facti, vel gratia remedium impe-trari, vel intentari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præ-fentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existeret, & fore, suosque plenarios, & integros effec-tus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffra-gari, & ab eis respetive inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-sarum Palatii Apostolici Auditores, necnon ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, ac alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & inter-pretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac iritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari.

S. 2. Non obstantibus, præmissis, ac omnibus, & singulis illis, qua memoratus Innocentius Præ-decessor in suis literis supradictis voluit non ob-stare, ceterisque contrariis quibuscumque,

S. 3. Volumus autem, ut earumdem præsen-tium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, qua ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pi-fcati die XIV. Januarii MDCCI. Pontificatus no-stri Anno Primo.

IV.

Conceditur Indulg. Plen. perp. in Ecclesiis Or-dinis Min. de Observ. die festo S. Rose Viter-bien.

Concessæ fuere aliae Indulg. ab Inn. XII. Conf. edi-ta 1692. Dec. 24. P. 2. Et ab hoc Pontifice Con-sistut. 1713. Nov. 15. P. 13.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 14. Jan.
1701. An. 1.

Exordium.

Preces Mi-nistrorum Pro-vincie Ro-manae.

A Gni Immaculati, qui Sacras Virgines spon-sas spiritualium Charismatum donis multi-pliciter decoratas æternò sibi confortio in Cælis sociavit, vices licet immerit gerentes in Terris, cælestes Ecclesiæ Thelavros, quorum dispensa-tionem Nobis creditit Deus, libenter erogamus, ut fidelium erga easdem Beatas Virgines devoteo ejusmodi muneribus incitatae, multiplicibus in dies benedicente Domino proficiat incrementus, Suplicationibus itaque filii Michaelis Angeli a Candia Ministro Provincialis Provinciae Romanae Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Ob-

servantia nuncupatorum, ac Discreti pérpetui dicte Ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei mi-sericordia, & Beatorum Perri, & Pauli Apo-lorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pénitentibus, & confessis, ac Sacra communione re-fectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Fratrum, quam Monialium ejusdem Ordinis Jurisdictioni pro tempore existentis Ministri Generalis Ordinis hujusmodi subiectorum haecenus erexit, & in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus, die festo S. Rose Virgi-nis Viterbiæ, nempe die 4. mensis Septembris a primis vesperis usque ad occasum solis festi hu-jusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæ-rem extirpatione, ac S. Matris Ecclesia exalta-tione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valuturis.

S. 1. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, qua ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Pi-fcati die XIV. Januarii MDCCI. Pontificatus no-stri Anno Primo.

Concessio
d. Indulg.
die 4. Sep-
tem.

Clauſula:

V.

Confirmatur Decretum Congreg. Rituum, quo fit facultas Eremitis Discalc. S. Aug. Provinciæ Franciæ canendi horas canonicas cantu Gre-goriano.

Dat. 29. Jan.
1701. An. 1.

Facultas canendi in aliis functionibus concessa fuit ab Inn. XII. Conf. ed. 1698., Mar. 17. P. 7. Et ab hoc Pontifice tributur facultas circa cele-brationem Capituli Congregationi Italiae Confi-tut. ed. 1701. Apr. 30. P. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Decretum
præd.

N Upere a Congregatione Venerabilium Fra-trum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum ad favorem dilectorum filiorum Fratrum Provinciae Franciæ Ordinis Ere-mitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum emanavit Decretum tenoris, qui sequitur videlicet. Ordinis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini Provinciae Franciæ. Porrectis Sanctissimo D. Nostro Innocentio PP. XII. a P. Mar-thæo a S. Paula Congregationis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini Provinciae Franciæ Procuratore Generali in Urbe humillimis precibus, ut de benignitate Apostolica Religiosis Congrega-tionis Provinciae Franciæ prædictæ horas canonicas cantu Gregoriano canendi facultatem imper-tiri dignaretur, ipsique a Sanctitate sua ad Sac. Rit. Congregationem remissis, sacra eadem Rituum Congregatio ad relationem Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalis Jansoni. Quibuscumque in contrarium non obstantibus posse annui censuit, si Smo Dño Nostro placuerit.

S. 1. Cum autem sicut pro parte Matthæi a S. Paula Procuratoris Generalis Provinciae, & Ordinis hujusmodi Nobis subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmis subscriptis Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem ipsi Matthæo Procuratori Generali gratiam

Præces Pro-
curatoris Ge-
ner.

facere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquae Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus Nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfata Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentes Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integratos effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariais quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostenditæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIX. Januarii MDCCI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

VI.

Confirmatur Decretum Congregat. Rituum de Officio S. Paulæ sub Ritu secunda Classis pro toto Ord. Monachorum S. Hieronymi.

A Sexto V. primo concessum fuit hoc officium sub ritu dupli Congregationi Hispania. Ex ab Innoc. XII. Conf. ed. 1723., Oct. 13. P. 3. concessa fuit Indulg. in falso d. Sanctæ.

Dat. 1. Febr.
1701. An. 1.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Decretum
præd.Preces Mo-
nachorum.

E Manavit nuper a Congregatione Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum ad favorem dilectorum filiorum Monachorum, seu Frat. Ordinis S. Hieronymi Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- Ordinis Sancti Hieronymi. Ad pias preces SSmo Domino Nostro Innocentio PP. XII. nomine Regiae Catholicae majestatis porrectas, a Sanctitate Sua ad Sac. Rituum Congregationem remissas, & ab Emo, & Rmo Domino Cardinale S. Clementis relatæ: Sacra eadem Rituum Congregatio Officium Sanctæ Paulæ, alias a fe. rec. Sexto Papa V. Religiosis Ordinis S. Hieronymi in Hispania sub rito dupli concessum, in posterum a tota Religione Ordinis S. Hieronymi prædicti, sub rito dupli secunda Classis posse recitari benigne indulxit, atque concessit die 31. Julii 1700. -- G. Card. Carpinius Loco + Sigilli. -- B. Inghiramus Sac. Rit. Congr. Secretarius.

§. 1. Cum antem, sicut eorumdem Monachorum, seu Fratrum nomine nobis subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi quo

firmius subsistat, Apostolica confirmationis nostræ patrocino communiri plurimum desiderant: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & corum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquae Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis quibus quomodolibet innodatus existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfata Congr. Cardinalium.

§. 2. Decernentes ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integratos effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariais quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostenditæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die I. Febr. MDCCI. Pontificatus nostri anno Primo.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

Conceditur Generali Ord. Prædicatorum facultas retinendi quoscumque libros vetitos in Romana Bibliotheca Casanatense.

Ab Inn. XII. Donata fuit codem privilegio Biblioteca Archigymnasi Sapientie de Urbe Condit. ed. 1683. Apr. 21. P. 7.

VII.

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 12. Febr.
1701. An. 1.

CUM sicut dilectus filius Antoninus Cloche Magister Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum Nobis nuper exponi fecit, alias bo. mem. Hieronymus, dum vixit S. R. E. Cardinalis Casanate nuncupatus celebrem Bibliothecam suam Conventu B. M. super Minervam de Urbe dicti Ordinis donaverit, ac unum, seu plura Capitalia annuorum redditum pro Bibliothecariorum, ac Professorum Textus Sancti Thomæ, & sex Theologorum stipendiis, seu manutentione, ac libris qui Congregationum pro tempore existentium S. R. E. prædictæ Cardinalium, vel adversus haereticam pravitatem generalium Inquisitorum, vel Indici prohibitorum, & expurgandorum præpositorum censoriæ, & iudicio subjici deberent, quotannis emendis assignaverit; in ipsa vero Bibliotheca multi reperiuntur libri, quorum retentio, ac lectio per Sacros Canones, & Constitutiones

Aposto-

Refertur
Institutio d.
Bibliothecæ.